Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Non est qui invocet nomen tuum domine. qui consurgat et
teneat te. Lcō. ii. Abscondisti faciem tuam a nobis
et allisisti nos in manu iniquitatis nre. Quasi nichilum
possederunt populum sanctum tuum hostes nostri contaminaverunt
sanctificationem tuam facti sumus sicut in principio cum
non dominaremur nri. Lcō. crux. Et nunc domine pater
nr es tu. Nos vero lutum tu fictor noster. et opera ma
nuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine satis et ne ultra
memineris iniquitatem nrarum. In vigilia dni. Invitatorium.
Levate capita vra ecce appropinquat redemptio vra. V. Hodie
scietis quia veniet dns. Et mane videbitis gloriam eius. Secundum math
Liber. Cum esset desponsata mater ihu maria ioseph
ante quam convenirent inventa est in utero habens de
spiritu sancto. et cetera. Omelia origenis de eadem lectione
Quae fuit necessitas ut desponsata esset maria ioseph
nisi propterea quatinus hoc sacramentum diabolo
celaretur et ille magnus fraudis inventor ad virginis dese
ponsatam virginem nulla penitus invenirent. Vel ideo de
sponsata fuit ioseph ut nato in templo puero mariae cura
videretur gerere ioseph sive in egyptum iens vel denuo
inde rediens. Sanctificamini hodie et estote paratis cetera
die crastina videbitis maiestatem dni in vobis. V. Hodie scietis
quia veniet dns et mane videbitis. Maiestatem. Lcō. secunda.
Desponsata fuit ioseph non tamen in concupiscentia
iuncta. Mater iesu christi. Tuum et cetera. Mater dei
unigeniti dei et regis omnium plasmatoris et creatoris cuncto
rum. Filius qui in excelsis sine matre et in terra sine patre. Pater
qui in celis secundum deitatem in sinu est patris et in terris secundum
corporis suscepti in sinu est matris. Constan